

(46) Responsio Gallorum ad scripturam oblatam Casari nomine sum. Pont.
negantium Papam esse maioris auctoritatis quam ulla eccles.
uel Conc. generale.

184

19

Nemini dubium esse arbitramur nationem Gallieanam ab initio suscepta fidei semper fuisse
Christianissimam. Et primatum Romanae Sedis agnoscere, quem doctrina asseruerit, factisq;
propugnauerit, et cui debitam obedientiam exhibuerit. In qua Patrum nostrorum fide, et religione
perseuerare cupientes Rom. Pont. primum et summum, in uniuersali Ecclesia pastorem, et
Christi vicarium, B. Petri successorem, eius regiminis auctoritate parem cum omni humilitate
et obedientia agnoscimus, et profitemur, sicut et semper agnouimus et profitemur sumus. Id
quod abunde testantur nostrorum scripta, assidua et publica praedicationes, studio,
rumq; generalium, et praesertim facultatis Theologiae in uniuersitate Parisien. acta,
determinationes, censurae, et articuli annis abhinc aliquot editi, in quos iurae, eosdemq;
subscriptione probare oportet omnes, qui Theologicae professionis cursum ingrediuntur.
Inter quos XXij. sic habet: Nec minus certum unum esse iure Diuino summum in Eccl.
Christi militante Pontificem, cui omnes Christiani parere tenentur. Quoniam uero
a nobis queritur cur septimus Canon de sacramento ordinis nobis non probetur,
qui sic habet: Verum praeter iam commemoratos ordinum gradus, Episcopos, qui a
uero Christi Vicario Pontifice Romano, in uniuersum orbem primatum tenente B. Petri
principis Apostolorum successore, totiusq; Ecclesiae capite, ac omnium Christianorum
Patre, pastore, ac doctore assumuntur, a Christo institutos in Ecclesia Catholica
praecipuum locum ab eodem Christi uicario dependentem, cui in B. Petro pascendi
regendi, et gubernandi uniuersalem Ecclesiam a Dño nro Iesu Christo plena po-
testas tradita est obtinere.

Respondemus hos titulos, scilicet primatum in uniuersum orbem tenens, et habens
plenam potestatem regendi, pascendi, et gubernandi uniuersalem Ecclesiam uideri
nobis prauiduere decretis Conciliorum Constantien. et Basilien. Ex simo enim
titulis uiri, qui habentur doctissimi Caietanus Pighius, et alij recentiores in his
libris, quos de auctoritate Ro. Pont. scripserunt, necessario inferri contenderunt S. D.

nim Papam maioris esse auctoritatis, quam uniuersalem Ecclesiam, et Concilium
gnale eam representans, cum tamen supradicta Concilia contrarium determinauerit.
Cauendum aut ne si hoc Concilium Tridentinum cum superioribus Concilijs pugna-
tota Conciliorum auctoritas enervaretur. quod si etiam non necessario, sed tantum
probabiliter talis Dni nri Papa supra uniuersalem ecclesiam, et Concilium au-
toritas ex his titulis concluderetur; tamen quia inde possent oriri schismata
in Ecclesia, et inter Patres dissidia, qua remouerentur sacri Concilij progressum
(cuius est contentiombus obuiare, et in omnibus paci consulere) existimamus ab his
titulis, alioqui minime necessarijs, abstinendum esse: praesertim cum his omnes
sufficiens ex alijs titulis aduersus haereses asseratur, maneatq; salua, et inte-
gra summi Pontificis dignitas, et auctoritas

Secundo, cum debeat doctrina Conciliorum esse clara, et aperta uitanda est quam-
tum fieri potest omnium uocum, et sententiarum ambiguitas. Planum est
aut quod ex supradictis uerbis, et eorum contextu duplex oritur sensus: aut
enim diuisim, aut collectim ueni possunt. Diuisim quidem, si intelligatur sum-
mus Pontifex in singulas, et particulares Ecclesias primatum tenere, et easdem
pascendi, regendi, et gubernandi plenam potestatem habere: Collectim uero,
ut intelligatur idem Pontifex non modo in singulas, et particulares orbis
Ecclesias, sed in ipsam totam Ecclesiam uniuersalem, et Concilium Occumeni-
legitimè congregatum illam representans, habere potestatem. Et hunc postremo
sensem uocum proprietatis magis suae se ferre uidetur, quem merito rejicimus,
ut supradictis concilijs contrarium, et repugnantem. Ideo hmoi tituli ut
pote ambigui, et qui in deterriorem partem accipi solent, iudicio nostro sunt
expurgandi

Tertio, Cum in antiquorum Conciliorum generalium decisionibus non referantur
hmoi tituli summis Pontificibus attributi, non facile ut noui in s. synodi Canonibus

qui sub anathemate proponuntur sunt recipiendi.

Quarto. quia tanta hęc titulorum coacervatio nimis affectata, et ab assentationis suspi-
cione permultis forte uidebitur non aliena: ut aduersarijs omnis obtrelandi, et calumni-
andi præcidatur occasio, consultius fuerit in asserendis No. Pont. titulis ab omni fastus
et ambitionis suspitione cauere. D. Gregorij exemplo, qui uniuersalis Pape nomen, ut
superbie appellationis uocabulum repudiauerit.

His igitur, atq; alijs rationibus adducti, existimauimus titulos illos canonici minime
inserendos, et ceteros initio huius scripti positos ad confirmandam Pont. Dom.
authoritatem sufficere. Quod si qui plenius Pape authoritatem declarari desiderat,
utantur licet alijs uerbis apertis, minimeq; ambignis, que apud Patres, et antiqua
Concilia leguntur, cum summus Pont. dicitur omnium Ecclesiarum pastor, et rector
super omnes Ecclesias ordinaria potestatis habere principatum, ut in Concilio la-
teranen' sub Innoc. iij. scriptum est: aut omnium ecclesiarum curam habere,
ut Athanasius, et Lybia, Aegypti, Episcopi dicunt. Omnes ecclesias disponente dno
regere, ut Anaclctus: Primatum tenere ecclesiarum, ut Gelasius; Diuina disposi-
tione ecclesiarum curam gerere, ut Gregorius inquit. Habere sollicitudinem Ecclē-
siarum Dei, ut Nicolaus Pape ad Michaelē Imperatorem scripsit. quibus uer-
bis si constitutur canon, omnis turbarum, ac schismatis, hęc ex parte tol-
letur occasio

Porro de scripto serenissima, et semper augusta Mti oblato miramur, cum ex tam mul-
tis Canonis titulis unicum proponat: nec ipsum tamen ex antiquis Concilijs gnalibus
probet: cur eitet parum fideliter allegata, et cur tantopere laboret ad comensbrandū
S. D. N. Papam aliquando nominari Pastorem, siue rectorem uniuersalis Ecclesie
cum nunq; negauerimus hoc alicubi reperiri, sed propter ambiguum sensum
multorum abusum, ac propter alios titulos in canone adiunctos putamus non
simpliciter, et absolute admitti oportere, sed cum modificatione et explicat-
tione

ione infrascriptis, ex Concilijs Constantien' et Basilien', ut evitentur discordia
et abusus prospiciatur. Attamen ne scriptum istud videamur potius eludere
quam dissolvere: ad singula argumenta nostras responsiones breviter et ea qua
debet modestia subiecinus.

Scriptum ita habet Artic. i.

Romano Pontifici plenariam in B. Petro regendi, et pascendi universalem eccle-
siam, potestatem à Christo esse concessam ex sequentibus constat

Audiuit Petrus Matth. XVI a Christo Tu es Petrus, et super hanc petram
aedificabo ecclesiam meam: Ecclesia vero Christi una est, atq; universalis: sequitur
ergo universalem ecclesiam super Petrum in Christo fundatam esse

Responsio

Multae quidem sunt huius loci expositiones: hanc tamen non rejicimus, qua super
Petrum asseritur fundata Ecclesia, non quidem super Petrum simplicitè, sed super
Petrum confitentem, quod Christus esset filius Dei sicut B. Cyprianus, Cyr-
sostomus, Hieronymus. Augustinus interpretati sunt: seu per fidem, et con-
fessionem Petri: Verum hoc admisso non consequitur Petrum plenam potestatem
pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam habuisse.

Artic. ii

Christus Joan: ult. dixit Petro Pasce agnos, pasce oves meas: ovile vero Christi
est universalis ecclesia: sequitur ergo universalis ecclesiae pascenda po-
testatem Petro concessam

Responsio

Maior est sacra scriptura, qua intelligitur de singulis omnibus, id est de tota
laribus ecclesijs, et personis, non de universo ovili Christi, seu de universali
Ecclesia collectim, secundum sensum quem illi praeferunt

Artic. iii

Artic. iiii.

B. Chrysostomus Matt. xvi super illis uerbis Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, sic inquit. Filius quod pater est, et ipse filij potestatem Petro uniuersaliter concessit ubiq; terrarum, et homini mortali: omnium quæ in coelo sunt dedit auctoritatem, dando ei clauces ad hoc, ut ecclesiam ubiq; amplificet. Idemq; confirmat tractatu super illis uerbis. sequere me

Responsio

Nec sunt uerba B. Chrysostomi eo loco, nec sensus: sed forte desumpta sunt ex Thoma in libro contra errores Græcorum c. lxxviii. ubi tamen non legitur hoc aduerbium uniuersaliter, quo quidem addito, hæc propositio. filius quod pater est uniuersaliter concessit Petro. Item quod filius suam potestatem uniuersaliter eidem Petro concesserit præ se fert errorem intolerabilem. Et quod omnium, quæ in coelo sunt homini mortali auctoritatem dederit, dando clauces, sic indistincte positum falsum est, et erroneum, nec b. Chrysostomus, quem citant in Joannem confirmat quod intendunt.

Artic. iiii

Damasceus super illud Lucae vii. cum Petrus dixit. faciamus hic tria tabernacula: non te dñs inquit, tabernaculorum: sed uniuersalis ecclesie constructionem constituit

Responsio

Primum non extat opus Damasceni in Euangelium Lucae, quod sciamus. Ideoq; uerisimile est eos aliena fide citare. Cuiuscung aut sunt hæc uerba, nihil probant. Nam etiam b. Paulus i. ad Corinth. iii. se sapientem ecclesie architectum affirmare non dubitat, qui tamen uniuersalis ecclesie Pastor non fuit

Artic. v.

D. Bernardus in lib. ij. de consideratione. Iacobus qui uidebatur ecclesie columna esse, una contentus est Hierosolyma, Petro uniuersalem cedens.

Responsio

Ibi legitur uniuersitatem cedens, non aut uniuersalem: longè aut aliud est

Ecc^a orientalis
in ep^{ta} ad simacu
Lapa ait, no. n.
ignoras eius. f.
Sathane) inge,
mum, qui quos
die a sacro doc
toribus Petro do,
ceris, oues chⁱ
pea totum habi
tationem mu^{du}
creditas tibi pas
cere no vi sed
sp^{ite} coactus

dicere, cedens uniuersitatem scilicet Ecclesiarum, et cedens uniuersalem
Ecclesiam. Per hmoi enim uerba Petro uniuersitatem cedens, significatur
amplitudo potestatis Petro p^{ae} coeteris data, non modo super unam, sed
super omnes totius orbis (Christiani) particulares Ecclesias, quem sensu
manifestant, qua apud eundem Bernardum proxime sequuntur numero
plurali, scilicet, habent illi sibi assignatos greges singuli singulos, tibi
uniuersi crediti

i. to. concil.
pag. 358. col. 2
felix. (2. f.)
atque Roman^e
urbis et uniuers
salis ecc^e eps.

Arte. vi
Possent hic innumerabiles omnium sanctorum Patrum authoritates plenas
am potestatem B. Petro in uniuersali ecclesia concessam implicite, ex
plicitaq^{ue} probantes adduci, sed quoniam omnibus in promptu sunt, atq^{ue}
ex illis, qua de successoribus eius scripta, dictaq^{ue} fuisse ostendimus.
satis, superq^{ue} probabitur: ad ea ueniemus

Ep.
Liberius Papa
ep^{ta} ad eps
epistol^{is}. i. to.
concil. pag. 353.
col. 2. dicit
ab initio t^{am}
pcepimus a b.

Responsio
Ex innumerabilibus nulla ab eis profertur faciens mentionem plenarie
potestatis, quam tamen non negamus Papam habere in uniuersali ecc^{ia}
et libenter audiremus tales authoritates Patrum

Petio Ap^{osto}l^o p^{ro}
uice fiduciam
ut habeam us
authoritatem
pro uniuersali
ecc^{ia}. ad recta
defendam
fidem -
Calcedonen.
concil. actio.
i. to. concil.
pag. 339. col. 2
in libello Theo
dori d^{ic}to
ad Leonem Papa
et Calcedonen.
concil^{io} dicit, scilicet et deo amanti^{mo} et uniuers
sali Archiep^o et p^{ri}uarche magne Rome Leonⁱ, / et pag. 340. col. 2. Scilicet et h^{ic} mo uniuers
sali Archiep^o et p^{ri}uarche magne Rome Leonⁱ Ep^o. in libello Athanasij eodem. i. to. pa. 342
col. 2. Scilicet et h^{ic} mo uniuersali p^{ri}uarche magne Rome Leonⁱ Ep^o. in libello Sophroni ad eum de
eodem. i. to. pag. 344. Scilicet et h^{ic} mo uniuersali Archiep^o et p^{ri}uarche magne urbis Rome Leonⁱ

Arte. vii
Romanos Pont. ueros esse Petri successores orthodoxus nemo dubitae
potest. hoc enim satis aperte ipsa probauit antiquitas ut habetur ex
Ireneo lib. iij. c. iij. qui cum recenseret nomina successorum Petri,
posuit post illum omnes Rom. Pont. usq^{ue} ad Eleutherium, qui suo tem
pore cathedram tenuit. Quod ipsum quoq^{ue} fecit usq^{ue} ad Anastasium D.
Augustinus, ut habetur ep^o clxv. His igitur suppositis, ab exemplis
et authoritat^e Conciliorum exordiemur

in libello Theo
dori d^{ic}to
ad Leonem Papa
et Calcedonen.
concil^{io} dicit, scilicet et deo amanti^{mo} et uniuers
sali Archiep^o et p^{ri}uarche magne Rome Leonⁱ, / et pag. 340. col. 2. Scilicet et h^{ic} mo uniuers
sali Archiep^o et p^{ri}uarche magne Rome Leonⁱ Ep^o. in libello Athanasij eodem. i. to. pa. 342
col. 2. Scilicet et h^{ic} mo uniuersali p^{ri}uarche magne Rome Leonⁱ Ep^o. in libello Sophroni ad eum de
eodem. i. to. pag. 344. Scilicet et h^{ic} mo uniuersali Archiep^o et p^{ri}uarche magne urbis Rome Leonⁱ

Responsio.
Hoc acceptamus, ut uerissimum, sumitur et authoritatem Irenei, et Aug^{ustini}

187

Romani enim Pontifices sunt successores Petri ad regimen Ecclesie, et primum
et auctoritatem, et usum clauum, non tamen ad personalis prerogatiuas, ut ad
confirmationem in gratis, ad infallibilitatem, et alias Apostolicas, et personales
dotis

Artic. viij

In Calcedonensi Conc. act. xvi. ad finem. Pro Pontifex appellatur a Conc.
uir Apostolicus, atq. uniuersalis Ecclesie Papa. §. tho. concilio pag. 338. co. 1.

Responsio

Quod hic citatur ex Conc. Calcedonen. actiōe xvi non est dictum a Conc.
neq. in persona Concilij, sed a Lucentio sedis Ro. Apostolicæ Legato.

Artic. ix

In eadem Synodo act. vi. Ita subscribit Legatus Pro Pont. Pascasius
Epis uice dñi mei beatissimi, atq. Apostolici uiri, uniuersalis Ecclesie
Papa urbis Romæ Leonis, Synodi Presidens, statui, consensu et subscripsi
pag. 389. co. 2.

Responsio

Subscriptio est Legati, non decretum Concilij

Artic. x.

In vi synodo Romane uniuersalis Ecclesie Pontifice, qui locus habetur
can. in noie dñi xxiii dist. 2. tho. concilio pag. 414. co. 2. vniuersali papa §.

Responsio

Quod citatur a Gratiano, desideramus ostendi nobis in vi. synodo legitur
quidem in epla Flauij Imperatoris Constantini ad Agathonem papam qui
præfuit vi. synodo, quod uocet Papam sanctissimum, beatissimū Archiep̄m
antiquæ Romæ, et uniuersalem Papam sed idem quoq. Imperator Geor.,
quem Ep̄m Constantinopolitanum in altera epistola uocat etiam sanctissimū
beatissimum Archiepiscopum Constantinopoleos nouæ Romæ, et uniuersalem
Salem Patriarcham. Ut aut respondeamus illi canoni, qui est Nicolai Papæ
dist. xxiii. Dicimus Rom. Ecclesiam uocari uniuersalem, tum quod
semper fuit Catholica, tum quod mater est Ecclesiarum, et ceteris omnibus
præest.

ep̄la Synodi constantinop. p. ad Damasū eodem. 1. to. pag. 406. col. 2. idem. 1
Concilio floren. sess. vlt. 3. to. concil. pag. 474. col. 2. h. i. Josephi m. patro. diuina cons.
tan. Anopolis et nouæ Romæ Archiep̄ ac Occumenicus Patriarcha. Ep̄ Synodia vromia. papa
uocat Ep̄m uniuersalem. fo. 100. col. 4. et fo. 103. col. 1. 2. 1.

Artic. xi.
In Conc. generali Lugdunen[si] Vicarij Jesu Christi successoris Petri, Rectoris uniuersalis Ecclesie, Gregis Domini directoris, quod habetur e. ubi periculum & ceterum de elect. li. 6.

Responsio

In primis acta huius Concilij non extant, ex quibus fortasse constaret de sensu producta locutionis tantum supersunt quedam lib. vi. decretalium conuulsi allegata. Insuper de istorum uerborum intelligentia eo magis dubitatur quod eadem aliter referuntur in Constantien[si] Synodo sess. xi. In qua dicitur cum de creatione agitur Vicarij Jesu Christi, successoris S. Petri uniuersalis rectoris Ecclesie, gregis domini directoris. ubi uniuersalis non coniungitur cum ecclesia, sed cum genitius, Rectoris. Postremo, sicut firmi tituli ad cauendum ab usum iam peruersum non sunt suscepti a Synodis Constantien[si] et Basilien[si], sine modificatione, et explicatione ita putamus non simpliciter admittendos, sed ante, aut tum, cum exponantur declarandos.

Artic. xij

Julius ^{us} ep. u^a ad orientales i. uol. conc. fol. cccxi Refert in Conc. Niceno haberi hæc uerba, uniuersalis Apostolica Ecclesia Papam

Responsio

Luce nomen Apostolica, et uniuersalis ecclesie in symbolo Nycena Synodi cum dicitur Credo sanctam, Catholicam, et Apostolicam ecclesiam, accipitur pro uniuersali ecc^a quia tamen in illo Canone iiii. Julij agitur de Appellatione ad sedem Romanam, uidetur ibi, Ap^{ca} uniuersalis ecclesia pro Romana accipi. Quod interpretandum eo modo quo supra artic. x. exposuimus, uiz quod Rom. ecc^a dicitur uniuersalis, quia omnibus ecclesijs preest nec Julius in loco citato dicit esse uerba concilij.

Greg. ii. anno vii. xxiiii. Synodo Lateranen' subscripsit hoc pacto Gregorius Epus
sancta, Catholica, atq. Ap^{ca} Romana Ecclesiae

Responsio

In ea subscriptione Gregorius uocat se Ep^m sancta, Catholica, Romana Ecclesiae,
tum quia Romana Ecc^a ceterarum mater est, et illis praest, tum quia (at Eublicam
fidem semper tenet / 3^{to}. 3. to. 2. g^olio. pagi. 438 co. 2. in subscriptione suoz secretor^{um} no^o 6^o
ly lateran. alij scripserunt aut subscripserunt semite sac^e quilibet sua su^a uol^unt sc^{ilicet}...

Artic. xiiii

In Conc^o g^oali Lugdunen'. Innoc. iiii. Gregis, pretio sanguinis gloriosi redempti
curam Iesus Christus B. Petro Apostolo comisit

Responsio

Etiam si haec uere citarentur, non tamen concludunt, quod ab initio susceptum est
probandum. Nam etiam quilibet Prelatus habet curam gregis Domini redempti san-
guine Christi; iuxta illud i^o Petri v^o. Pascite qui in uobis est gregem 27
(Cayetan) de primatu pape, atq. no^o inveni in secretis.

Artic. xv.

In Synodo Alexandrina Athanasius, et alij Episcopi scribunt ad Felicem secun-
dum. Vos uniuersalis ecclesiae, et maxime Episcoporum, qui oculi uocantur
d^{omi}ni, curam gerere. 3^o tho. 6^olio. pagi. 355. co. 2.

Responsio

In eadem Epistola habentur ea, quae sequuntur. Vos, praedecessoresq. uros Ap^{cos} pra-
sules in summitatis auee constituit, omniumq. Ecclesiarum eis curam habere praeci-
pit. Quae uerba manifeste indicant sensum distributiui de singulis Ecclesijs, et par-
ticularibus personis, quia statim sequitur, et maxime Episcopos

Artic. xvi

Idem cum eisdem scribit Marco Papa, ut habetur in Decretis eiusdem Marco i. uol.
conclitor, fol. 299. Marcum Papam uniuersalis ecclesiae

Responsio

Qui scripserunt ad simos Pont. plerumq. honoris causa tribuerunt eis magnificos titu-
los, ueros quidem quandoq. in bono sensu, ex quibus tri non concluditur, quod pra-
tenditur

Artic. xvii

Idem cum eisdem ad Liberium Papam uniuersalem a Crō ei commissam Ecclesiam
eisdem similiter Liberius Papa scribit. eisdem similiter Felix II. 1170. in
no pag. 353. co. 2.

Responsio

Ex uerbis, que post sequuntur, scilicet ut pro omnibus laboretis, et manifestum
est sensum esse distributum de particularibus Ecclesijs, et personis, quatenus
uniuersale opponitur particulari, quia singuli Episcopi singulis Ecclesijs presunt
Papa omnibus. Quod uero in prescripto Liberij ad eosdem sic legitur, Olim et ab
initio tantam percepimus a B. Petro Apostolum Principe fiduciam, ut habemus
auctoritatem pro uniuersali Ecclesia ad defendendam fidem non dubi-
tamus esse officium S. M. S. N. Papae tueri et defendere fidem uniuersalis
Ecc. pro qua, id est pro cuius edificatione habet auctoritatem. Non tamen me
sequitur, quod pretenditur. Quantum ad felicem sic legitur alme Rom.
urbis, et uniuersalis Ecc. Epus respondendum, ut prius articulo x. et

xvi.

Artic. xviii

Conc. Constantien. art. xli. inter damnatos contra Joanne' Wiclef. error
est si per Rom. Ecclesiam intelligatur uniuersalis Ecc. Quare intellexit Conc.
Non. Ecclesiam uniuersalem esse. 2. Volum. aut to. Britio. pa. 1170. co. 2. et pag. 117.

Responsio

Hiuamur authores huius codicis adduxisse Concilium Constantiense cum hec
obiectio tantum abest, ut aduersum nos aliquid efficiat, ut etiam maxime iunct
causam nrām: si enim per Ro. Ecclesiam intelligatur uniuersalis ecclesia, su-
per illam primatum non habet sum. Pont. ut patet ex censura Constantien
Concilij, in citatum articulum xli Joan. Wiclef. alioque frustra Concilium
distinguit distinxisset Romanam Ecclesiam in Ecclesiam uniuersalem, et parti-
cularem: Romanam scilicet dioc, si utroq; sensu uerum esset dicere, siuam
Pont. super illam primatum habere frustra quoq; dixisset, error est pro quanto
negat

no ut de ne
ut salu
creare val
manā ut
et sup
et alijs
censura
ut si p
ut intelli
gat uniu
ut aut
in gene
pro qua
gan + p
ponit sup
as sus
laris.

189

negat primatum super particulares Ecclesias, si super uniuersalem quoq[ue] Ecclesia[m] haberet primatum. Quod si ex sententia Concilij Constantien[is] summus Pont. primatu[m] non habet in, aut super uniuersalem ecclesiam, consequens est ut plenam potestatem pascendi, regendi et gubernandi uniuersalem Ecclesiam non habeat: Merito itaq[ue] utrumq[ue] titulum, ut Constantien[is] Concilij decreto contrarium, repudiamus

Artic. XIX

In eodem Concilio sessione XL. In titulo de forma eligendi Papam sic dicitur Vicarius Jesu Christi: B. Petri successoris, rectoris uniuersalis Ecclesie, Gregis Dominici directoris. Quae sunt uerba Concilij Lugdunen[is] 2. to. g[ra]do. pagi 158. co[n]t.

Responsio

Remittimus ad undecimum

Artic. XX.

In Concilio licet reprobatum Basilien[se] in principio sub rubrica initium, et approbato. Martinus V. Romana et uniuersalis ecc[lesi]e Praesidens, sunt uerba Concilij. to. 3. pag. 6. co. 1. 2.

Responsio

Primum non uidemus cur Concilium Basilien[se] appellent reprobatum quod auct[orit]e Martin[us] V. legitime congregatum est, quodq[ue] a Catholicis recipitur, nihilq[ue] contrarium superioribus Concilijs affirmat, et maxime consentit Concilio Constantien[si] quod ipsi admittunt. Quod uero summus Pont. appellet se praesidem uniuersalis ecclesiae, nihil efficit ad illorum propositum. Auctoritas enim praesidendi, non infert plenariam potestatem gubernandi, sed dicit ordinem. Postremo non sunt uerba Concilij, nec Pape sed scriptoris qui collegit acta ad suum arbitrium.

Artic. XXI

In eod. sess. XL. sub decreto de electione pro oneribus quae ipsum pro restitutione uniuersalis ecc[lesi]e subire oportet. Agitur uero de Papa. to. 3. co[n]t. pagi 37. co. 2.

Artic. XXII.

In eod. Concilio fol. cxlv. in responsione synodali de auct[orit]e Concilio g[ra]ualis. Traditam esse in B. Petro summo Pont. soli plenitudinem potestatis, et eum esse caput, et pri[m]um matrem ecc[lesi]e. ut pagi 148. co[n]t. co[n]t. basilien[si].

Arte. xxii.
Idemmet Conc. eo in loco fol. cxxix^{60^a} ueram illam propositionem: summum Pont. pastorem
esse uniuersalis Ecclesie

Responsio ad iii articulos
Quae obijciuntur ex Conc. Basilien' in articulis scilicet xxi. de regimine uniuersalis
Ecclesie et xxii. de plenitudine pontificatus, et cum esse caput summi pontificis
et xxiii. de pastore uniuersalis Ecclesie admittimus, cum modificatione eius-
dem Concilij, cuius uerba sunt haec. Quaecumq; nomen dignitatis aut potestatis
de Papa scriptum inuenitur, ad particulares quoscumq; homines, et singulares ecc.
referendum est: ut potius Papa Eccleie, quam Ecclesia tota Papa obedire cogatur.

Arte. xxiiii.
In Conc. Florentino, et ipsi in b. Petro pascendi, regendi et gubernandi uni-
uersalem Ecclesiam a dno nro Iesu Crvo plenam potestatem traditam esse 13^{to}
c. vlt. sessio. pagi. 476. co. 2.

Responsio
Responderi posset, quod Concilium Florentinu parum authoritatis habet apud eos
quibus Basilien' Conc. ut Decumenici, et legitimi doctrina probatur: praesertim cu
de Ro. Pontificis agitur potestate. uerum etiamsi indubitata esset fides illius
Decreti Florentini de honorarijs Ro. Pont. titulis, non debent tamen iudicio
nro Epithetae haec, ut nude in vii. canone proponuntur, admitti: cuius rei nos
comoneze uidetur illud ipsum quod in fine eiusdem Canonis Florentini sub-
iungitur: quemadmodum et in gestis Decumenicorum Conciliorum, et in sacris
Canonibus continetur. id est. ad sensum qui ex gestis Decumenicorum Conciliorum,
et sacris Canonibus colligi potest. superiora aut Concilia ab omnibus ueze
Catholicis, et Decumenica recepta. Lateranen' scz sub Innoc. iij. et Constantien'
cum de Ro. Pont. auctoritate agunt in particulares Ecclesias, illam referunt
non aut in uniuersalem Ecclesiam. Lateranen' quidem cap. 5. ubi disiecti
dicitur Ro. Ecclesiam super omnes alias eccas ordinaria potestatis obtinere
principatum: uniuersalis aut Ecclesie noie non utitur. Constantien' uero
in censura articuli xli. Ioan. Wiclef, ut supra a nobis est annotatum,
quam etiam censuram probauit Martinus v. Nec reperias ullum unq; Dec.
cumenicum Conc. titulum Eius de quo controuertitur Rom. Pontifici v.
bussu

guisse, aut amplius aliquid de eius auct^{stat} tribuisse, quam quod in particulares
 totius orbis Christianam Ecclesiam auctoritatem habeat. Unde ex his verbis
 quemadmodum et in gestis Occumenicis, Conciliaris, et sacris canonibus continetur,
 aperte declaratur mens Cone^o Florentini, quod scilicet eo sensu id est distributivo,
 Ro: Pontifex plenariam potestatem habeat regendi, pacendi, et gubernandi
 uniuersalem Ecclesiam. Quo sensu quae praecesserunt Cone^o determinauerunt
 Adde quod Papa asseritur potestas in comparatione ad ceteros Patriarchas
 ut sequen^t in eodem canone indicant, sicut et in Cone^o Lateranen^o in loco
 citato definitum est: singulis enim Patriarchis, singulae distribuuntur distinctae
 prouinciae, quibus praesent. Romano uero Pontifici uniuersa ecclesia uni-
 uersalis no^{ie} significata. Quod si in vij^o canone aliqua talia adijcerentur
 ex quibus sensus demonstratiuus demonstraretur, non multum laboraremus
 et facile omnes quae hactenus ea de re excitatae sunt discordiae seda-
 rentur

Artic. xxv

In Cone^o Lateranen^o ult. sess. vi. Leo Papa sanctae suae uniuersalis Ecclesiae
 Praesidens. 3. to. concilio pa. 588. 594. 580.

Responsio

Textus talis est. Leo ep^{us} superna illius ordinatione, qui caelestia et terrena
 omnipotenti prouidentia moderatur sanctae suae uniuersali Ecc^o licet im-
 meriti praesidentes et ubi aduertendum est quod relatum, suae, ad
 Deum, non ad Papam, sicut eor^{um} contextus innuit, referri debet. Et quod
 de praelatione, seu praesidentia subnectitur, referatur ad responsum, quod
 datum est ad articulum xx.

Artic. xxvi

In eod. Cone^o sub Julio 11. in 5. sessione in bulla contra symoniacos debet
 habere curam, et regimen uniuersalis Ecclesiae. 3. to. concilio. pa. 579

Responsio

Contextus non est fideliter citatus, et Cone^m non est occumenicum in
 quod soli prope Itali conuenerunt. Neque sunt uerba Concilij, sed Julij 11. Repe,

zuntur aut haec uerba in citata Sessione. Nos qui regimini eiusdem uniuersalis Ecc^{ae}, meritis licet imparibus, auctore dño praesidemus. et ad quae respondemus. Jam tertio dictum est, uerbum praesidendi dicere ordinem, non superioritatem: adde quod praesidere regimini uniuersalis ecclesiae, nihil aliud est, quam praesse in regenda uniuersali Ecclesia.

Artic. XXVII

Cyprianus Epus Martyr lib. iii. Epist. ii. ad Cornelium scribit, se non prius quosdam intra suam Ecclesiam admisisse, quam ita profiterentur. Nos Cornelium Epum sanctissima, catholica hoc est uniuersalis Ecclesiae electum a deo omnipotente, et Christo dño nro scimus. *1. to. galio. epla. rifa. pag. 142. co. 1. uerbi leg. no electi hnt ius su.*

Responsio.

Cyprianus epla. ii. lib. iii. non est ad Cornelium licet sic a quibusdam ceteris Plossensi et Pighio, qui scripserunt de primatu Petri, sed ad Maximum et Nicostatum, et ad ceteros confessores. Deponitur tamen aliquid eade de re in epla. xi. eiusdem libri ad Cornelium, uerum nec uerba sunt eadem. Nec sunt Cypriani. sed Maximus, Valerianus, et Sidonius, qui cum ab Ecc^{ae} Catholica defecissent, et ad eam reuertentes recipi desiderarent, lapsum confitentes sua sponte dixerant. Nos Cornelium Epum sanctissime Ecc^{ae}, electum a deo omnipotente, et Christo dño nro scimus. Quod aut uerba haec non significant aulicam, et pontificiam Romae in uniuersalem Ecclesiam, sequentia confessionis eorum uerba satis indicant quae sunt. Nec ignoramus unum Epum in Ecc^{ae} Cath. esse debere ubi non dicitur in Ecclesiam Catholicam, sed in Ecclesia Catholica. Et sic apparet, quod in duobus istis peccant, primum in eo quod dicunt Cyprianum hanc formam praescripsisse redeuntibus ad Ecclesiam, cui tamen ultronea sit redeuntium ad Ecclesiam confessio. secundo quod de suo addiderunt. id est uniuersalis Ecclesiae.

Artic. XXVIII

D. Ambrosius super i. Epist. ad Timoth. c. iii. Damascum Patrem uniuersalis Ecc.^{ae} rectorem appellat. in fine. ibi quomodo oporteat se in domo Dei consistari.

Responsio

Verba D. Ambrosij sunt haec. Scribo tibi ut scias quomodo Ecclesiam ordines qua est domus Dei, ut cum totus mundus Dei sit, Ecclesia tamen domus Dei dicatur cuius hodie rector est Damascus. In quibus uerbis manifestum est Damascum non appellari rectorem uniuersalis Ecclesiae.

Archie. xxix

Sanctus Anselmus Cantuarien. Archiep.^{us} scribens ad Urbanum u. ita praefatur Dno, et Patri uniuersae Ecclesiae in terra peregrinationis summo Pont. Urbano u. *semanatibi c. 1. 3. to. pag. 34. suorum opus.*

Responsio

Admittimus quidem summum Pont. esse Patrem uniuersalis Ecclesiae, cui patrium debet affectum, et piam sollicitudinem, non tamen inde sequitur quod habeat plenam potestatem facienda, regenda, et gubernandi uniuersalem Ecclesiam

Archie. xxx

Bernardus in libro u. ad Eugenium cap. vi. Itaq; inquit cum quibus caeterorum sua tibi una est comissa nauibus facta ex omnibus ipsa uniuersalis Ecclesia toto orbe diffusa.

Responsio

Iam ad hanc obiectionem sufficienter responsum est in solutione ad articulu v. Quod si quis diligentius locum hunc citatum apud Bernardum, et quae ibi praecedunt, et quae sequuntur, legerit, facile intelliget de singularibus omnibus Pastoribus, et Ecclesijs accipiendum esse. Neq; nos negamus uniuersalem Ecclesiam in toto orbe diffusam Petro, et successoribus eius a dno fuisse commissam cui uidebitur praesideat, non quam plena potestate regat. Et hoc loco diligenter notari postulamus sicubi apud ueteres reperitur hic loquendi modus ut quod Nom. Pont. est Pastor, et rector uniuersalis Ecc.^{ae} ex ipsius contextus antecedentibus, et consequentibus manifestum relinquitur, uniuersalis Ecc.^{ae} noie singulas et particulares ecclesias non aut totam ecclesiam collectivè sumptà designari.

Actu. xxxi.

D. Thomas in tractatu contra errores Græcor, c. lxxiii. similis est inquit errorum dicentium Christi vicarium No: Pontificem non habere uniuersalis Ecc: primatum. Spiritum sanctum a filio non procedere. Ipse enim Christus Dei filius Ecclesiam suam non consecrat, et sibi consignat spiritu sancto quasi suo caralio et sigillo, et similiter Christi Vicarius suo primatu, et prouidentia uniuersalem Ecclesiam, tanq: fidelis minister Christo subiectam seruat.

Responsio

Nihil nobis comune est cum Græcorum erroribus. Nam et nos Spiritum sanctum a filio procedere confitemur, et No: Pontificem inter omnes Episcopos, etiam orientis primatum obtinere agnoscimus.

Actu. xxxii.

Idem lib. iiii contra Gentiles c. lxxvi. postq: multipliciter probauit unum Ep:um prelatum a Christo toti Ecclesia, subdit. Per hoc aut: excluditur quorumdam presumptuosus error, qui se subducere nituntur ab obedientia, et subiectione Petri, successorem eius No: Pontificem uniuersalis Ecc: pastorem non recog: noscentis.

Responsio

Ad hanc B. Thoma authoritatem respondet expressè Conc: Basilien: huiusce uerbis. Intelligitur de particularibus personis, et ecclesijs: non aut: de uniuersali Ecc: Quod quidem s:mo Papa cum illa explicatione tribui concedimus.

Actu. xxxiii.

Obijciat aliquis Gregorium magnum in epla' ad Eulogium Patriar: Alexand: num, renuisse nomen uniuersalis Papa: sed responderi ita poterit, fuisse Gregorium eius sententia, ut Iuannis Constantimopolitani superbiam reprimeat. Ille enim se uniuersalem Ep:um appellabat, quod ipse Gregorius, ut ad Maur: tum Augustum scripsit, ferre minime poterat. Quamuis aut: nollet quæ: se uniuersalem Ep:um appellare. Tamen non dixit No: sedis Ep:um plenariam in uniuersali Ecclesia autem minime obtinere, nec homines id fateri, aut

dicere uetuit. Quinimo in Epistola ad Eulogium subdit, honor uniuersalis Eccl^{ae} honor meus est. atq; plenariam in uniuersali Ecclesia, potestatem illum exercuisse plane constat.

Responsio

Multae sunt rationes, quibus adducti huiusmodi titulos putamus reijcendos. Inter quas, et haec sumpta ab exemplo D. Gregorij non est parui momenti, quam isti sua occupatione potius eludere conantur, quam possint dissoluere. Non enim solum ad retundendam unius Constantinopolitani epi superbiam, uniuersalis Papa titulum auersatus est magnus Gregorius ut ipse causatur: sed quod esset superbae appellationis uerbum, ut ipse loquitur, nec sibi, nec cuiq; alteri tribui passus est. ob eam etiam quam reddidit rationem libro iiii. Epistola xxxii. ad Mauricium ubi ait. Absit a cordibus Christianorum, nomen istud blasphemiae, in quo omnium sacerdotum honore adimitur, dum ab uno sibi dementer arrogatur. Quod uero sequitur. Non dixit, Romana sedes Episcopum plenariam & Ita et non dixit obtinere. Quod tamen non negamus, sicut nec illam Gregorium actu exercuisse. Quod longe aliud est, habere plenariam autem in uniuersali Ecclesia et aliud in uniuersalem Ecclesiam: et sicut non uetuit homines id fati aut dicere, ita non precepit. Quam uero inepta sit ratio, qua ab ipso subiungitur ex loco b. Gregorij, uerba eiusdem immediate sequentia indicant. Tunc ego uere honoratus sum, cum singulis quibusq; honor debitus non negatur.

¶ finis aut scripti predicti oblati cesa. Maj^{ti} a nuntio sue S^{tas} sichte.
¶ Quia uero his non obstantibus, conant nunc eligi in concilio Tridentino efficere ne dicatur, summum Pont. plenaria potatem a Christo in B. Petro regendi et regendi uniuersalem ecc^{am} obtinuisse, uehementer ei apper petri S^{tas} sua, enixe rogat, paternae q; honorat^{is} curam M^{ti} velit ut aduocatus, defensor ac garantor auctoritate et iurisdictionis sedis partes legitime suas ita interpretare, ut eorundem impetus eis impuleretur. S^{tas} sedi qd quum fuit semper, et est, integre coferretur, id aut prestabit facie M^{ti} sua si no modo ea de re oratores admoneat suos, sed Galliarum et Hispaniarum epos eius noie mandet comonefieri.